

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara Dioc.
5099 3. 7. 14 D	4369	386	103

Burdegala Synodus contra Priscillianum coacta. qui ad eam iustu Maximi cum Instantio Episcopo ductus, & damnandum se esse non dubitans ad eundem Maximum provocavit: auditusque Treveris ab Evodio Praef. Prat. a Maximo gladio est adductus cum Euchrotia Delphidii Oratoris conjuge, & Latroniano, aliisque erroris confortibus. Sed & Urbica Priscilliani discipula Burdegala lapidibus obruta est. Prosper. Severus 11.

Quoniam autem Ithacius Episcopus hanc omnem actionem profecutus erat, ideo tam ipse, quam ejus focii a communione Catholica alieni judicati sunt.

Timotheo Alexandria Episcopo mortuo subrogatus est Theophilus. Socrat. v. cap. xii.

Hoc anno mortua videtur Aelia Flaccilla Theodosii conjux femina religiosissima. Nam sequenti anno Gallam duxit.

S. Hieronymus navigat in Syriam, & media hieme Jerosolymam intrat. Hieron. Epist. xcix. & Apol. cont. Ruf.

S. Augustinus post diurnam habitationem ad Catholicam fidem conversus est. lib. viii. Conf. cap. i. & seq.

Theodosius contra Idololatrias sanctionem edidit. L. ix. Cod. de Paganis.

Item contra psaltrias & fidicinas. L. x. Cod. de Sencicis.

Scribit & Zosimus lib. iv. mandasse ipsum Cynegio Praef. Prat. cum eum in Aegyptum mitteret, ut Deorum religione interdiceret, & sana clauderet.

Valentinianus hoc anno rescriptum dedit de reis Paschali tempore laxandis, exceptis iis qui ob atrociam quadam crimina vinciti essent. L. viii. Cod. de Indulgrim.

Honorius Caesar. Evodius. *Siricii* 2.

Cum Evodius a Maximi partibus fuerit, apparet ex comparatione Consulium Maximum inter & Imperatores convenisse.

Greuthingi hoc anno victi & captivi in Romaniam adducti. Theodosius & Arcadius triumphantes Constantinopolin ingressi sunt iv. Id. Octob. Idat. Marcell. Zosimus iv.

Theodosius Imperator Gallam Placidiam Valentiniani senioris filiam, junioris forem duxit, eaque Constantinopolin hoc anno venit. Marcell.

Valentinianus, insigante Justina matre Ariana femina, in Arianorum gratiam, & Ariminenis professionis rescriptit. L. xi. Cod. de fide Catholica. Tunc & Ambrosium persecutus est.

Auxentius Mediolani Arianorum Episcopus Ambrosium ad disputationem provocavit coram Imperatore. At ille in Ecclesia, & coram populo id ut fieret postulavit. Ambr. cont. Auxent. Paulinus in ejus vita.

Exstitit tunc Benevoli memoriae sermone praesidentis egregium facinus, qui decretum illud impium dictare noluit, & cingulum abiecit. Gaudentius in Praefat. Serm. L. xi.

Quin & spectaculorum definita tempora. Cod. de spect. L. xi.

Roma Synodus a Siricio collecta lxxx. Episcoporum, in qua Ecclesiae Africana disciplina constituta.

Trevis Ithacianae partis Episcopi Synodum eogunt; in qua Ithacius absolvitur. Martinus cum eo se contulisset, ut pro Nasete Comite, & Lencadio Praefide, qui pertinaciores in parte Gratiani steterant, deprecaretur, & ut ne Tribuni cum jure gladiatorum in Hispanias ad Priscillianistas persequendos mitterentur, ne hac occasione etiam Catholici male haberentur; cum Ithacianis communicare noluit. Sed instante Maximo, & eorum pro quibus exoratum venerat, caedem minante, cessit ad tempus, & Felicitis Trevisensis Episcopi ordinationi cum iis interfuit. Unde moerens ad sedem suam reversus est, ac deinceps conventu omni Episcoporum abstinuit. Quo tempore ad Maximi convivium adhibitus est, & abuxore Maximi convivio, quod illa suis manibus pararat, exceptus est. Severus in ejus vita.

S. Hieronymus ad audiendum Didymum Alexandriam se contulit. Hieron. Epist. lxxv. ad Pammach. Tunc Aegypti quoque monasteria peragravit, ut in Apol. contra Ruf. ipse testatur.

S. Paula vidua per idem tempus in Aegypto peregrinabatur. Hieron. Epist. xxvii.

S. Joannes Chrysofomus presbyter ordinatur a Flavio Antiocheno

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
13 8	11	1139	114

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara Dioc.
5100 4. 8. 15 C	4370	387	104
5101 5. 9. 1 BA	4371	388	105

Antiocheno Episcopo. Palladius in ejus vita. Marcellinus. qui duodecim annis Presbyterum fuisse referunt; ac deinceps populum docere coepisse.

S. Cyrillus Hierosolymitanus moritur. cui successit Joannes pollicitatione Episcopatus ab haeresi redemptus, ait S. Hieron. Epist. lxi. Hic enim Valentis tempore haereticorum communione pollutus est, ut ibidem ait Hieron.

Demophilus Arianorum Constantinopoli Pseudoepiscopus obiit. Socrat. v. cap. xii.

Theodosius de non distrahendis martyrum reliquiis rescriptit. L. ult. Cod. de Sepul. viol.

Idem spectaculorum Scenicorum, & Circensium tempora definiit. L. xi. Cod. de Spect.

Valentinianus 111. *Siricii* 3.

Eutropius.

Arcadius cum patre suo quinquennalia celebravit editionibus, ac ludis. Idat. Marcell.

Justina S. Ambrosium acriter vexat, & in exilium frustra mittere conatur, renitente populo. Nam Auxentius edictum expressit a Valentiniano, ut Arianis basilicae traderentur, & reluctantes interficerentur. Sed praesulis constantia illorum consilia disturbavit. Dum haec aguntur, SS. Gervasii, & Protasii corpora ab Ambrosio divinitus admonito reperta sunt. quorum aspectu, contactuque antiqua miracula revocantur. Demum imminente Maximo, legatus iterum Ambrosius destinatur, qui ad ipsum veniens neque cum eo, neque cum Ithacianis communicare voluit. Ambros. in Auxent. & Epist. xxxiiii. & lxxxv. ad forem. tum Epist. xxvii. Paulinus in ejus vita.

Maximus porro in Italiam irrupit. Valentinianus ad Theodosium confugit. qui ad Italiam contra Maximum pugnaturus accessit. Zosim. iv.

Maximus sacrificia gentilibus, & aram Victoriae restituit; ob idque laudatus est a Symmacho. Socrates v. cap. iv.

Theodosius Aug. 11. *Siricii* 4.

Cynegius.

Defunctus est Cynegius Praef. Orientis in Consulatu suo Constantinopoli. Hic universas provincias (ait Idatius) longi temporis tate deceptas (for. dejectas) in statum pristinum revocavit, & usque ad Aegyptum penetravit, & simulacra gentium everit. Unde cum magno seru totius populi civitatis deductum est corpus ejus ad Apostolos die xiv. Kal. April. & post annum transfuit eum matrona ejus Achamia ad Hispanias pedestre. Theodosius ad bellum sese comparans novum quoddam tributum genus Antiochenis indixerat. Illi furore perciti Flaccilla statuas dejecerunt, ac per urbem traxerunt. Theodosius ob id valde commotus, missis jam qui poenas expeterent, Flaviani Episcopi legatione placatur. Quae legatio ante Pascha contigit. cujus exitu pendente Chrysofomus orationes ad populum habuit, quae a veteribus inscriptae sunt. Vide Homil. xx.

Olympias nobilissima femina Ablavii neptis, Anyfilii Comitissae filia, quae Nebridio Nebridii Praef. Prat. filio nupserat, eo mortuo Elpidii Hispani Theodosii cognati conjugium detrectat, nec ad id ulla vi ab Imperatore potuit adduci. Pallad. Dial. de vita Chryf.

Theodosius contra Maximum profectus sanctorum se precibus communit, praesertim Joannis Anachoretae, ac Sennuphii. August. v. de Civit. cap. xxvi. Ruf. xi. cap. xxxii.

Maximus hoc anno victus & occisus est ad Aquileiam v. Kalend. Aug. Sed & filius ejus Victor post paucos dies in Gallis occiditur per Arbogastem Comitem. Andragathius Comes, qui Gratianum occiderat, praecipitem se in mare conjecit.

Theodosius imperium omne, quod de Maximo vindicarat, Valentiniano restituit. Idatius, Marcell. Zosimus iv.

Interim Ariani falsos de viro Theodosio rumores disseverunt, & furore acti Neotarii domum succendunt. Socrat. v. cap. xi. Cujus sceleris veniam postea per Arcadium impetrarunt. Ambros. Epist. xxix. Theophilus Isidorum Nitriae ante Monachum, postea Presbyterum cum muneribus ei, qui vicisset, offerendis misit. qua re post victoriam patefacta, territus Isidorus profugit. Socrat. v. cap. 2.

S. Augustinus, cum interim catechumenus fuisset, hoc anno Mediolani ab Ambrosio baptizatur aetatis anno xxxiv. Pa-

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
13 9	111	1140	1135
14 10	11	1141	1136 Maii 18

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Table with columns: Per. Jul. *Ind., Mundi., Anni Chr., Era Dioc., Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Text includes: xxxiv. Paschali tempore, una cum Alipio amico, & Adeodato filio. Possid. in vita S. Aug. Theodosius haereticos variis sanctionibus coercet. Lib. xiv, xv, xvi. Cod. de Haeret. Idem Aquileia x. Kalend. Octobris, & Mediolani vi. Id. Octob. acta Maximi penitus infirmat. Timasius Promotus. Theodosius xix. Kal. Febr. dignitates omnes a Maximo collatas abrogavit Mediolani edito rescripto. L. viii. Cod. de Infirm. &c. Item adversus Eunomianos 111. Id. Maii. Lib. xviii. Cod. de Haeret. Denique vi. Kalend. Decemb. Mediolani haereticorum conventus omnino sustulit. Lib. xix. Cod. de Haeret. Symmachus, qui Maximum laudibus ornat, victoris iram metuens ad Ecclesiam confugit, ac veniam obtinuit. Socrat. v. cap. xiv. Theodosius cum Honorio filio Romam Id. Jun. ingressus est, & congiarium pop. Rom. dedit, indeque egressus est Kalend. Septemb. Idat. Templum Serapidis apud Alexandriam Theodosii edito disiectum est. Marcell. Socrat. v. cap. xvii. Romae itidem idolorum statuae confractae, & obliteratae ceremoniae. Prosper de Promiss. lib. 111. cap. xxxviii. August. v. de Civit. cap. xxvi. Paulino mortuo successit Antiochia Episcopus Evagrius. Siricio vero Papa contra Flavianum Capuae Synodum cogente, Flavianus adesse noluit. Siricius causam utriusque Theophilo mandavit: quo interveniente, Siricius Papa cum Flaviano in concordiam rediit: atque ita Antiochenum illud schisma sublatum, cum mortuus esset Evagrius. Ambros. Epist. lxxviii. Socrat. v. cap. xv. Theodoret. v. cap. xxviii. S. Gregorius Nazianzenus obiit; ut ex Hieronymo colligitur, qui in Catal. Script. scribit illum decessisse triennio ante xiv. Theodosii, quo librum illum commentabatur. Obiit & S. Monica Augustini mater ad ostia Tiberis, Augustinus in Africam rediit. ix. Confess. cap. viii. Longobardi eorum ducibus defunctis primum sibi regem creant Agelmundum Aionis filium, qui regnavit annos xxxiiii. Prosper in Chron. Valentinianus Aug. iv. Neoterius. Signum in caelo quasi columna pendens ardensque per dies xxx. apparuit. Galla Theodosii uxor ab Arcadio privigno suo ejecta est. S. Joannis Baptistae caput ex vico Costiae Constantinopoli deportatum septimo ab urbe lapide in Basilica, quam magno sumptu in ejus honorem crexit Theodosius, reconditum est. Prosper. Marcell. Sed id anno sequente gestum. Alexandrinum Chron. scribit inventum caput S. Joannis apud Macedoniam feminam, quae Cyzici degebat; ac primum Chalcedone positum, deinde excitato a fundamentis templo in Hebdomo collocatum fuisse xii. Kal. Mart. Thesalonicenses Boterichum militem apud Illyricos praefectum occidunt. Iratus Imperator magnam ibi caedem patrii jussit. Ob id sacris exclusus ab Ambrosio poenitentiam egit, legemque tulit, ut lata sententiae executio ad xxx. dies differretur. Ruf. 11. cap. xviii. Sozomenus vii. cap. xxiv. Theodoret. v. cap. xvii. Paul. in vita S. Ambr. Siricius Papa Jovinianum damnat haereticum. Siric. Epist. 11. Valentinianus Mediolani xi. Kal. Jul. de Diaconissis, & consecratis Deo feminis sanctionem edidit, ne quid Ecclesiae donarent. L. xxvii. Cod. Theod. de Episcopis. Sed ea lex x. Kal. Septemb. abrogata Veronae, L. xxviii. sequenti. Ita vii. Non. Septembris Veronae contra Monachos rescriptum editum, ut ne urbes intrarent, sed uti solitudines habitarent. L. i. Cod. de Monachis. quod antiquatum est anno post tertio. Hoc tempore contigit facinus illud Diaconi Constantinopolitani, qui stuprum mulieri poenitentiam obeunti obtulit. cujus gratia Nectarius publicam poenitentiam sustulit Constantinopoli; non Confessionem; ut late disse-

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Values: 15, 11, 1442, 1137; 16, 11, 1443, 1138; 16, 12, 1444, 1139

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Table with columns: Per. Jul. *Ind., Mundi., Anni Chr., Era Dioc., Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Text includes: ruimus in Animadver. ad Epiph. Haer. lxx. Novatian. Socrat. v. cap. xix. Sozom. vii. cap. xvi. Hoc anno celebrata est secunda Synodus Carthaginiensis, (quae Tom. i. Concil. pag. 541. perperam Valentiniano, & Theodosio Coss. inscripta est,) praeside Genethlio. Vide Nicol. Fabrum Praefat. in Fragn. Hilarii. & Card. Perron. in Responf. ad Regem Brit. In eo Canones sanciti sunt xlii. Tatianus. Symmachus. Theodosius cum Honorio filio suo Constantinopoli remeavit. Eugenius favore Arbogastis confusus imperium sibi usurpavit. Prosper. Zosimus 1v. qui Arbogastem refert, cum sibi magistrum militum usurpasset, nimia potentia molestum Valentiniano fuisse, qui & magistratum eidem abrogare frustra voluit. Arbogastes vero Eugenio invadendi auctor imperii fuit. S. Augustinus hoc anno per vim raptus presbyter ordinatus est a S. Valerio Hipponensi Episcopo, & ad praedicandum Dei verbum adhibitus. Possid. in ejus vita. Arcadius Aug. 11. Rufinus. Theodosius. Valentinianus junior ab Arbogaste Comite apud Vienne in Gallias lethaliter vulneratus occiditur, ait Zosimus 1v. At Epiphanius Lib. de Mens. Pond. pag. 177. edit. Graecolat. scribit repertum in palatio praefocatum Idibus Maii, Sabbato pridie Pentecostes. Arbogastes deinde innumerabiles copias in Gallias contraxit. Marcellinus. Obiit annos natus xxvi. cum M. circiter 1v. Natus est enim Gratiano & Dagalaipho Coss. anno Christi cccclxvi. Imperare coepit post mortem parentis anno cccclxxv. atatis 1x. cum mensibus circiter x. At Ammianus in caele lib. xxx. refert quadrum tunc fuisse. Imperavit igitur annis xvi. M. vi. circiter. Erat tunc catechumenus, & ante expeditionem, quam in Barbaros moliebatur, baptizari ab Ambrosio cupiebat. Ejus corpus Mediolanum delatum ipso die Pentecostes, ait Epiphanius, & honorifice sepultum est. Ambr. Orat. de ejus fun. & Epist. xxxiv. Eugenius porro Gentilibus favit. aram Victoriae Romanis concessit. quo nomine ab Ambrosio, qui Florentiam abierat, increpatur Ep. xv. Theodosius L. 11. Cod. de Monachis legem anno cccxc. contra Monachos latam rescidit, eosque pristinum in statum restituit. Inter Joannem Hierosolymitanum, & Epiphanium orta dissensio. atque hic Epistolam ad illum scripsit, quam S. Hieron. Latine vertit, estque inter illius Epistolas 1x. Erat enim Joannes Origenista, Palladii Galatae, & Rufini eadem labe infectorum amicissimus, quos cavendos admonet Epiphanius. S. Augustinus cum Fortunato Manichaeorum presbytero publice contulit, eumque superavit. Possid. in vita S. August. cap. vi. S. Hieronymus librum de Scriptoribus Eccles. hoc anno confecit, ac Dextro Praef. Prati. Paciani Barcinonensis Episcopi filio dicavit. Theodosius Aug. 111. Abundantius. Honorius in Hebdomo renunciatus est Augustus. Prosper, & Marcellinus: qui & addunt hora diei tertia tenebras esse factas. Et quidem revera Sol defecit Novembris xx. feria 1. hora post mediam noctem aequabili 9, 43'. Romae tempore apparenti, fuitque defectio digitorum 9, 31'. At Constantinopoli hora post meridiem 0, 28'. & digitorum fuit 10, 44'. Hoc igitur die Honorium Augustum esse salutatum indicant ambo illi Chronologi. Proclus expressus capite punitus est in Sycis viii. Id. Dec. Chron. Alex. Zosimus lib. 1v. refert Rufini calumnias viros illustres morte affectos Promotum, & Tatiani Praef. Pratorio filium Proclum. Tatianum vero in patriam abire jussit. Inter Hieronymum, & Joannem Hierosolymitanum flagrat animosa contentio. Forum Theodosianum dedicatur. Chron. Alex. Hipponense Concilium celebratum ad Africanam Ecclesiae disciplinam instaurandam. cujus Canones in Concilia 111. Carthag. Theodosius contra Tyrannum jejuniis, & orationibus, & corporis afflictatione sese comparat. Ruf. 11. cap. xxxi. Pars II. l i i Arcadius

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Values: 17, 13, 111, 1144, 1139; 14, 14, 1145, 1140, Maii 17; 15, 15, 1146, 1141

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Lioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
5107 12. 15. 7 A	4377	394	111	16	11	1147	1147
<p><i>Arcadius Aug. III.</i> <i>Honorius Aug. II.</i> Theodosius assumpto Honorio filio suo contra Arbogastem, & Eugenium contendit. Primo die, qui videtur esse Sept. v, victoria penes tyrannum fuit. at nocte prostratus in preces, & ab Apollolis duobus de victoria certior factus, Deo postea pro ipso pugnante Tyrannum profligavit. qui captus & interfectus est Sept. vi. Arbogastes sua se manu occidit. Marcellinus, & Prosper. qui hanc illi victoriam prædixisse Joannem anachoretam refert: ut & Rufinus. Terræ motu à Septembri in Novembrem Europæ regiones aliquot quassata. Thera: Arcadianæ à conditore suo nomen acceperunt. Marcell. Orosius Hispanus presbyter floret.</p>							
<p>Donatistæ in Numidia Bagaiense Concilium celebrant Episcoporum cccx. Bagai ejusdem provincie oppido ad tollendum schisma, quod mortuo Parmeniano Carthaginensi Donatistarum Episcopo, suffectioque Primiano, ab aliis Maximianus esset ordinatus. In eo concilio damnatus est Maximianus. Aug. Ep. cciv, & cclxv.</p>							
<p>Constantinopoli quoque celebrata Synodus est in causa Agabii, & Gebadii, qui ambo Episcopatum Bostrensem sibi vendicabant: cui interficere Nectarius Constantinop. Theophilus Alexand. Flavianus Antioch. Heliadius Cæsarea. Cappad. Gelasius Cæsarea Palæst. Gregorius Nyssenus, Amphiloichius Iconii, Theodorus Mopsuestenus, & alii. Balsamo.</p>							
<p>Alipio Hierosolymis reverfo in Africam paullatim exorta videtur inter Augustinum, & Hieronymum nota illa diffidia.</p>							
<p>S. Paulinus cum Therasia conjugæ sæculo renuncians in Nolanum secessum abiit. Aug. Epist. xxxi, & xxxiv. Exuperius Tolosæ, Simplicius Viennæ, Amandus Burdegalæ, Mauritius Andegavi Episcopi insignes habentur. Greg. Turon. II. Hist. Franc. cap. xiii.</p>							
5108 12. 16. 8 C	4378	395	112	1	111	1148	1148
<p><i>Sex. Anicius Olybrius.</i> <i>Siricii</i> <i>Imp. Arcadii.</i> <i>Sex. Anicius Probinus.</i> <i>II.</i> <i>XLVII.</i> <i>Honorii.</i> His Coss. Theodosius moritur; cum vixisset annos LX, imperasset XVI. plenos. Socrates lib. v, c. xxvi, anno I. Olymp. ccxciv. Obiit XVI. Kalend. Febr. five Jan. xvii. Idem & Alex. Chron.</p>							
<p>Eodem anno Arcadius virginem duxit, quæ apud Promoti filium alebatur, qui cum fratre vivente Theodosio cum regis liberis educatus fuerat. Auator fuit conciliatorque nuptiarum Eutropius: cum Rufinus filiam suam Imperatori tradere vellet, & imperium affectaret. Zofimus v. Chron. Alex. refert v. Kal. Maii nuptias esse factas.</p>							
<p>Rufinus hoc eodem anno casus est. Marcellinus. Chron. Alex. idque Stilichonis opera. Zofimus ait Stilichonem cum Rufinum videret in Oriente dominari, eò proficisci voluisse, dicentem utriusque sibi curam Imperii à Theodosio commissam. Quem Rufinus ut averteret, Musonii filium Antiochum Procos. Græciæ facit, & Gerontium Thermopylis præficit. Tum Alaricum excivit, qui cedente Antiocho, & Leontio Græciam populatur omnem, præter Thebas, & Athenas, ubi Minervæ confpexit effigiem. Tum Peloponnesum ingreditur. Stilico verò ad opitulandum cum classe veniens Barbaros fugavit. Postea milites ad Arcadium misit in subsidium duce Gaina. qui, ut mandatum erat à Stilicone, Arcadium hortatus ut militibus obviam iret extra urbem, per milites Rufinum occidit. Eutropius Stiliconi addictus ejus bona possedit. Uxor & filia Rufini ad Ecclesiam fugientes Hierosolymam abire permiffæ sunt. Marcell. & Jordanes de Regn. Success. cap. xciv.</p>							
<p>S. Augustinus Hippone Regio Episcopus ordinatur. Prosper. Annum agebat xli, & superstitè adhuc Valerio creatus est. Possid. cap. viii.</p>							
<p>Claudius poeta insignis habetur.</p>							
<p>Arcadius hæreticorum conventus prohibet, eosque rescriptis suis exagitat. Cod. Theod. lib. xvi, Tit. v, de Hæret. L. xxvi, & seq.</p>							
<p>Item adversus Gentiles severissimè sanxit L. xlii, Cod. de Paganis.</p>							
5109 13. 17. 9 FE	4379	396	113	2	112	1149	1149
<p><i>Arcadius IV.</i> <i>Siricii</i> <i>Honorius III.</i> <i>12.</i> Adversus Hæreticos, ac præsertim Eunomianos rescriptis Arcadius L. xxx, & xxxi, Cod. de Hæret. Eutropius</p>							

LIBER DECIMUS TERTIUS:

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
5110 14. 18. 10 D	4380	397	114				
<p>Eutropius avaritia & crudelitate grassatur. Timasium, qui sub Valente Magister militiæ fuerat, per calumniam in Oasim relegat. Mox Abundantium Prætorium, & Consularem, Sidonem. Zofimus v. S. Joannis Baptistæ reliquiæ Alexandriam translatae Payni II. quem vi. Kalend. vocat Theoph. A. 5890. Incarnat. 390.</p>							
<p>Fritigil regina Marcomanorum audita Ambrosii fama Christo credit, & ab ipso fidei regulam postulavit. Tum viro suo persuasit, ut Romanis se traderet. Anno verò sequenti cum Mediolanum illius videpdi causâ venisset, jam mortuum reperit. Paulinus in vita S. Ambr. <i>Cæsarius.</i> <i>Siricii</i> <i>Atticus.</i> <i>13.</i></p>							
5111 15. 19. 11 C	4381	398	115				
<p>Eutropius, quo Stilichonem à professione in Orientem abduceret, hostem ipsum ab Imperat. & Senatu denunciari curat, & Gildonem Comitem, & paganum, quem Theodosius Aphricæ præfecerat, sibi conciliat. Ita ab Honorio deficiens Africa adjuncta est Arcadio. Zofimus v. & Marcellinus.</p>							
<p>Ambrosius moritur sub dilaculum Sabbati sancti, Prid. Non Apr. Paulinus. Sedit annos xxii, M. iv. ferè vite lxxiv. libavit. Nectarius hoc anno moritur circa xxvii. Septembris & communi consensu Chrysofomus eligitur. Sed anno sequenti creatus est, missis Antiochiam legatis ab Arcadio.</p>							
<p>Flaccilla Arcadii filia nata est xv. Kal. Jul. Chron. Alex. Concilium Carthag. tertium in secretario Basilicæ Restitutæ celebratum Aurelio Carthaginensi præside; cui subscripsit Augustinus. in eoque Canones sancti L. <i>Honorius IV.</i> <i>Siricii</i> <i>XL.</i> <i>Pont.</i> <i>Eutychianus.</i> <i>14.</i> <i>Anastafius I.</i></p>							
<p>Gildo reguli cujusdam Maurici filius, qui Firmo fratri tyranno resistit; à Theodosio comes Africæ, & utriusque militiæ magister factus, cum frumentum in Urbem prohiberet advehi, bello appetitus est. Cujus frater Mafcezel veritus ejus insidias fugit in Italiam, relicti in Aphrica filios, quos Gildo peremit. Hic à Stilichone missus cum v. m. septuaginta milia cecidit. Gildo sese ipse strangulavit. Mafcezelem in Italiam reversum Stilicho per suos de ponte præcipitavit in fluvium. Vide Jordanem.</p>							
<p>Joannes Chrysofomus xxvi. Februarii die thronum conscendit. Socrates lib. vi. cap. ii. Marcellinus. qui ait illum quinquennio Diaconum fuisse; Presbyterum verò xii. annis.</p>							
<p>Hoc anno videtur Marcus scriptor vitæ S. Porphyrii Gazensis missus à sancto viro Byzantium: ubi S. Joannis opera ab Eutropio impetravit edicium contra Gentiles. Sed Hilarius ab Imper. missus pretio corruptus est.</p>							
<p>Siricius Papa moritur viii. Kalend. Mart. cum sedisset annos xlii. M. i. Anastafius Papa xxxvii. subrogatur Prid. Id. Mart.</p>							
<p>Quartum Carthaginense Concilium vi. Id. Nov. præside Aurelio celebratum: in quo Canones editi civ. ac de sacris ordinibus præcipuè actum.</p>							
<p>Honorius capitalem sententiam contra sacrorum locorum, ac personarum violatores decernit. cujus edicti Donatistæ occasionem dederunt. L. xxxi. Cod. de Episc.</p>							
<p>Idem Imper. Mariam conjugem duxit Stilicone & Serena fratris Theodosii filia genitam.</p>							
<p>Adversus Eunomianos, & Montanistas rescriptis Arcadius iv. Non. Mart. Constantinop. ac tam eorum conventus prohibiti, quam libri incendio damnati. L. xxxii. Cod. de Hæret.</p>							
<p>L. xxxii. Cod. Theod. de Episc. &c. cautum vii. Kalend. Aug. ut Episcopi Clericorum numerum è Monachis supplerent.</p>							
<p>Honorius veterem illam à Constantino editam sanctionem revocavit Mediolani vi. Kalend. Aug. ut ex consensu apud Episcopos litigare liceret. L. vii. de Episc. aud. Cod. Justiniani.</p>							
<p>Gentiles in vulgus sparserant hoc anno desityram esse Christianam religionem, quæ per cccxv. annos esset duratura. Aug. xviii. de Civit. cap. liiii.</p>							
5112 16. 1. 12 B	4382	399	116				
<p><i>Mantius Theodorus.</i> <i>Anastafii</i> <i>Eutropius.</i> <i>2.</i> Fasti Siculi Theodorum solum Cos. notant. quia hoc anno Eutropius interfectus, & nomen ipsius erasum est. Claudianus meminit in Panegy. Mallii Theodori. Falso ergo Prosper Cæsario & Attico Coss. mortuum facit Claudianum.</p>							
<p>Pars II. Iii 2 Hoc</p>							

DE DOCTRINA TEMPORUM.

Per. Jul. * Ind. Mund. Anni Chr. Era Dioc.

Hoc anno Gainas contra Remp. rebellavit. Nam Eutropio invidens Tribigildum auxiliariis Barbarorum copiis in Phrygia praefectum clam adornat. qui totam Asiam vastavit. Arcadius Eutropio omnia commisit. qui Gainam & Leonem duces deligit. quorum hic in Asiam; ille ad Hellespontum proficiscitur. Gainas Tribigildo mandat ut ad Hellespontum copias adducat. At is Romana praesidia metuens Phrygiam populatus Pisidiam petit. Gainas simulabat se Tribigildo resistere non posse, eique clam opitulabatur. Sed Tribigildus in Pamphylia moratus, aperitis in locis a Valentino quodam Selgenfi in angustis penè cum copiis opprimitur pastoritia manu & rustica, agrèque cum ccc. evasit, cum Florentio cuidam pecuniam dedisset. Sed inter Melanem Fl. qui Aspendum alluit, & Eurymedontem deprehensus ab incolis ad Gainam legatos mittit. qui auxilia misit, & eodem Leonis milites profecti. Ita Tribigildus evasit in Phrygiam. At Gainas ad Arcadium misit, petens ut Eutropius ad necem dederetur. Hunc Arcadius insignibus exiit. Qui ad Ecclesiam Christianorum fugiens, inde fide data dūsus est in Cyprum. Infante Gaina, Chalcedonem perductus, ibi necatus est.

Eutropio sublato nihil fecius Gainas cum Tribigildo in Asia perbacchatur, ac divisis copiis tandem Gainas ad Bithyniam, Tribigildus ad Hellespontum perrexit. Hæc Zosimus v, quæ tamen anno sequente conitit esse facta.

Pulcheria hoc anno nata xiv. Kalend. Febr. Chron. Alex. Marcell.

Theophilus Alexandr. collecta Synodo Origenem, ejusque sectatores condemnat, & Synodicam ad Anastasium Romanum Pontificem mittit, & ad Constantinop. Episcopum, atque ad Epiphanius. Hieron. Epist. lxxix, & lxxvii, & lxx, ac lxxviii.

Gaudentius & Jovius Comites in Africa Deorum templa subverterunt, & simulacra fregerunt Honorii jussu. quod & aliis in locis factum. Aug. Lib. xviii. de Civit. cap. ult.

Stilico. Anastasi. Aurelianus.

Gainas Chalcedonem veniens Imper. ad colloquium excivit. Quo cum ad urbem in S. Euphemia templo confedit. dicitur Euphemia vocat Zosimus, id est, S. Euphemia. Ibi dedi sibi postulat Barbarus Saturninum Consularem, & Aurelianus, qui anno illo Cos. erat. Quod & factum est. Sed ille gladio tantum eos perstringens, exilio multavit. Tum Constantinopolim transfretavit.

Ibi cum Ecclesiam Arianis suis peteret, intercedente S. Joanne Chrysofomo deterritus est. Theodor. L. v, C. xxxii. Sozom. lib. viii, cap. iv. Mox cum in Thraciam abiisset, idem missus est ad illum Chrysofomus. Ceterum cum ex composito barbaris innumeris in Urbe distributis, ipse ad xl. stadia secessisset per speciem agritudinis, quasi arreptitius esset: cumque intemptive ad urbem copias admovisset, re comperta, Arcadius hostem illum denunciavit, & Barbari omnes in urbe caesi sunt. Gainas cum in Asiam per Hellespontum trajicere vellet, Fravitta Gotthus cum classe opem Imperatori tulit; atque ita victis & dissipatis barbaris, Gainas in Thracia postea occisus est. Sozom. nus. Marcellinus ait occisum mense Februario. Sed id anno sequente contigit.

Chron. Alexand. ait hoc anno illustris Eudoxiam Augustam esse renunciatam, & natam Arcadium mense Xanthico, iiii. Eid. Apr. Eodem anno casus esse Gotthos in Lamomacellio; & Ecclesiam Gotthorum exultant, Panemo mense, iv. Eid. Jul. & in Cherroneo in sive haustus mari fuisse barbaros, mense Apellæo, x. Kalend. Januarii.

Monachi quidam Origenista a Theophilo damnati, ad S. Joannem confugiunt. pro quibus ad Theophilum scripsit Chrysofomus.

Eodem anno Indict. xiiii, ut Palladius in Dialogo testatur, accusationem Eusebii contra Antoninum suscepit, & hieme, haud scio an eodem anno, Chrysofomus commendata Severiano Gabalensi Ecclesia sua, in Asiam profectus, Episcoporum ibi quorundam causas cognovit; imprimis Antonini Ephesini.

Ariani nocturnos coetus obeuntes, & hymnos contra orthodoxos canentes compescuntur ab Imperatore.

Alaricus Balthorum ex genere, mox ut creatus est rex a Gotthis, qui post Theodosii mortem ab ejus filiis contemnebantur.

5113 17. 2. 13 AG 4383 400 117

Imp. Rom. Olymp. Urbis cond. Era Nab.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. * Ind. Mund. Anni Chr. Era Dioc.

temnebantur. Italiam intravit, & ad pontem Condi-ni applicuit, qui tertio miliario Ravenna distat. Inde legatione ad Honorium missa datae sunt Gotthis Gallia; & Hispania. Quò cum irent, Stilico ad Polentiam in Alpibus Cottis improvidè illos adortus ab iis cum copiis fusus est. Quate furentes barbari in Italiam redierunt. Jornandes cap. xxx. Sed cum dicat Gizerichum Vandalorum regem jam Hispanias obtinuisse & Gallias, apparet hæc diu postea contigisse. Nam anno 406. Vandalis & Alanis trajecto Rheno Gallias petunt. Prosper. Miscella Lib. xlii. refert Stiliconem Saulo pagano duci rem commississe, qui die Pasche Gotthos adortus est.

S. Vigilus Tridentinus Episcopus cum Idolum comminueret, a rusticis obrutus est lapidibus. Usuardus vi. Julii.

Anastasius Papa Origenis errores condemnat. deque ea re circulares litteras mittit. Hieron. Ep. xxviii. & Apol. cont. Ruf.

Vincentius. Anastasi. Fravitta.

Caput Gainæ hastili præfixum Constantinopolim allatum est. Marcell. factum id est mense Audynæo, iiii. Non. Januarii. Chron. Alexandr.

Theodosius Arcadius F. nascitur iv. Eid. Apr. ait Chron. At Marcell. iii. Eid. Socrates tñ denatq; & Απερξίς μλωρ. Lib. iv. cap. vi. Theophanes.

Flavitam gentilem laudat impensè Zosimus lib. v. Qui & docet Uldem Hunnorum ducem Gainam Danubium trajicere parantem inhibuisse, & interfecisse, caputque illius ad Arcadium misisse.

Hoc anno Eid. Septembris Carthagine Synodus habita, Aurelio præside, in qua de Donatistis Clericis salvo honore recipiendis actum est, & ad Anastasium scriptum. Vide Cod. Canonum Ecclesie Africanae, pag. 185.

S. Porphyrius Gazensis hiberno tempore cum Joanne Cæsariensi metropolitano Constantinopolim profectus, ut Marzi templi subversionem obtineret, ab Eudoxia quæ volebat impetravit, nato, & baptizato Theodosio. Vide Surium in Februario in fine Tomi i. Apparetque jam Eudoxiam ob viduæ possessionem iratam Chrysofomo fuisse. Id enim Marcus ipse auctor vitæ testatur.

S. Martinus hoc anno mortuus videtur. Vide lib. xi. cap. xlvi.

Concilium Carthaginiense v. hoc anno celebratum vi. Kalend. Junii: cujus mendosa vulgò habetur inscriptio post Consulatum Cæsarii, & Attici. Legendum, ut in quibusdam Codicibus exstat, Stiliconis. Canones in eo editi sunt xiv. Vide Cardin. Perron. in Respons. cap. xlviii.

Severianus Gabalorum in Syria Episcopus a Serapione Diacono delatus in Chrysofomi offensionem incurrit, & ejectus est. Sed mox, instante Eudoxia, receptus est in gratiam. Socrat. L. v.

Arcadius v. Honorius v. Xli. Pont. Innocentius I.

Romane Ecclesie Innocentius xxxviii. creatur antistes. Vixit annos xv. ait Marcellinus. Hoc igitur anno v. Kal. Maii obiit Anastasius Papa, cui iv. annos Marcellinus tribuit. addunt & alii mensem i. Innocentius verò creatus est iv. Kal. Junii.

Theodosius junior ad Hebdomam in Tribunali ab Arcadio patre, mense Audynæo, iv. Eid. Januar. creatur Augustus. Chron. Alexand. Theophilus a Monachis Origenista accusatur Constantinopoli. Epiphanius quoque Origenistarum odio vehementer inflammatus Constantinopolim advenit. Ibi in Hebdomo Diaconum ordinasse dicitur a Socrate. Lib. vi. cap. xli. & Theophane. Sed Sozomenus nihil tale refert: & suspicatur Baronius hallucinatum Socratem alteram ab Epiphano ordinationem in Palestina factam Constantinopolim transtulisse.

Epiphanius ergo frustra pertendit, ut Joannes Origenis libros damnaret, & cum eo altercatus, nec non cum Imperatrice, discessit.

Milevitanum primum Concilium Milevi in Numidia celebratum vi. Kal. Septembris.

Theodosius junior Aug. Innocentii Rumoridus.

Hoc anno Theophilus ad causam dicendam Constantinopoli.

5114 18. 3. 14 4384 401 118

5115 19. 4. 15 4385 402 119

5116 20. 5. 1 4386 403 120

Imp. Rom. Olymp. Urbis cond. Era Nab.

7 Olymp. 295 1154 1149

8 11 1155 1150

9 111 1156 1151

Per. Jul. & Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5117 21. 6. 2 CB	4387	404	121
5118 22. 7. 3 A	4388	405	122

DE DOCTRINA TEMPORUM;

tinopolim vocatus, multis in itinere collectis Episcopis, veniens, agente id Imperatrice, damnavit Chryso- stomum Chalcedone in suburbio quod Agis vocabatur. Sed tumultu populi & terræ motu faviente revocatur. Vide Socrat. Sozom. & Theodor.

Chrysof. ipse Epist. ad Innoc. pag. 679. edit. Græco- lat. se ab Episcopis supra xxxi. restitutum ait.

Postea cum ad statum argenteam Eudoxie ludi fie- rent, in eos invehitur Chrysof. & collectis Episcopis, natali ipso die nunciat Arcadius, non prius se venturum ad synaxin, quam se ille purgaret.

Marina patre Arcadio nata 111. Id. Febr. Marcell. Chron. Alex.

Julia Manichæa femina Gazam veniens, multoſque seducens, cum S. Porphyrio Episcopo ausa disputare in- felicem efflavit animam. Marcus in vita S. Porphyrii apud Sur. xxvi. Febr.

Carthagine hoc anno VIII. Kalend. Septembris gene- rale Concilium celebratur ex omnibus Africæ provinciis in causa Donatistarum, ut ad Ecclesiæ concordiam ad- ducerentur. Meminit S. Aug. 111. cont. Crescon. cap. XLV.

Alaricus rex Gotthorum in Italiam veniens, & Ro- mam aggressurus apud Pollentiam à Stilicone vincitur, & obſessus dimittitur. Claudia. de bello Getico. Orosius L. VII. cap. XXXVII.

Honorius VI. Innocentii 3.

Hoc anno S. Joannes Chrysoſtomus in exilium abiit circa Paschatis solenne, ut ipsemet ad Innocentium scri- bens indicat, & Socrates Lib. VI. cap. XVI. Errat ergo Marcellinus, qui posteriorem hanc expulsionem confert in antecedentem annum. Ea contigit XVI. Kalend. Jul. Socrates.

Postea grando inusitata magnitudinis prid. Kalend. Octobris decidit, & quadriduo post, si Græcis credimus, Augusta moritur. Socrat. cap. XVII. Quod prid. Non. Octobris feria v. accidisse volunt, & humatam ferunt IV. Eid. Octobris feria IV. Is est Octobris XII. Theophanes eodem anno mortuam refert Eudociam, & Cedrenus tribus mensibus post pulsum Chrysof. Addit Chron. creatum Arcadium VI. Kalend. Jul. feria II. Nempe XXVII. Junii. Itaque leg. *αὐτὸς ἔκαστος*. Prosper Episcopi, ac Clerici multi partium Chrysoſtomi fu- giunt Romam. Georgius in vita Chrysof. Vide lib. XI. cap. XLVIII.

Innocentius his acceptis ad Honorium scripsit, qui apud Arcadium instanter egit, ut Synodus Theſſalonica cogeretur. Palladius in Dial.

Honorius secularis ludos, & gladiatoria spectacula fi- ri permisit. Prudentius cont. Symm.

Carthagine VI. Kalend. Jul. Synodus habetur: ex qua decreta est legatio ad Honorium de coercendis Donati- stis.

Felix Manichæus Hippone Regio ab Augustino con- vincitur, & hæresim damnat. Exitat Disput. apud Aug. contra Felicem. S. Paula VII. Kalend. Febr. migrat in cælum, cum Romæ in sancto proposito annos V. Bethlee- mi XX. perseverasset. Vixit annos LVI. M. VIII. dies XI. Hieron. Epist. Paulæ.

Stilico 11. Innocentii 4.

Prid. Non. Septembris Ravennæ edita sanctio contra Episcopos exautoratos, ut si pro Episcopis se deinceps gererent, e. millibus ab ea Urbe, cujus Episcopi fuerunt, exularent.

S. Chrysoſtomus Cucusi rigore hiemis asperrimæ penè confectus est. ac post annum in eo loco moram Arabi- sum Armenia transfertur. Palladius. In Epist. XV. ad Olympiadis de Pelagio Monacho magno se dolore affe- ctum queritur. qui putatur hæresis tum suæ femina sparsisse.

Romæ congregati Italici Episcopi Imperat. Honorium rogant, ut ad Arcadium scribat, uti Theſſalonica Syno- dum fieri jubeat. Legati acceptis ab eo literis, nec non Innocentii Papæ, Constantinop. profecti. Pallad. Dial.

Arcadius moritur Novembris XI. eam sedisset mensis XIV. Socrat. L. VI. cap. XVIII. Georgius in vita Chry- sof.

Honorius varias contra Donatistas sanctiones edidit, quibus pressi plerique ad Ecclesiam redierunt. Cod. Theod. Lib. XVI. Tit. VI. August. Epist. XLVIII.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
10	IV	1157	1151
11	Olymp. 296	1158	1152

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. & Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5119 23. 8. 4 G	4389	406	123
5120 24. 9. 5 F	4390	407	124
5121 25. 10. 6 ED	4391	408	125

Concilium Tolet. in Hispania celebratum, quod pri- mum inscribitur, VII. Eid. Septembris.

Arcadius VI. Innocentii 5.

Legati ab Innocentio missi cum litteris Honorii & ipsius Innocentii in itinere pessime affecti reversi sunt. Theodorus apud Palladium, & Georgius.

Vandali & Alani trajecto Rheno, Gallias prid. Kal. Jan. ingressi sunt. Prosper in Chron.

Chron. Alexand. ait reliquias S. Samueles Constanti- nopolin illatas esse XIV. Kal. Jul. pompam ducentibus Arcadio Aug. & Anthemio Praef. Prator. & Excof. & Emiliano Praef. Ur. & universo Senatu.

Atticus Sebaſtenus ex Armenia è Monacho Constani- nopolitanus Episcopus factus est. Socrates lib. VI. cap. XVIII. quarto post obitum Arcadii mense. Sozom. lib. VIII. cap. XVII.

Theodosius junior quinquennialia dedit. Radagaisus paganus, & Scythæ cum ducentis millibus suorum totam Italiam inundavit. Huldin & Sarus Hunnorum, Gotho- rumque reges Radagaisum continuo vicerunt: ipsius ca- pite amputato, captivos ejus singulis aureis distrahentes. Marcellinus ccccm. in exercitu fuisse refert lib. V. Memi- nerunt Aug. V. de Civit. cap. XXIII. Oros. lib. VII. cap. XXXVIII. qui non singulos homines, sed hominum gre- ges passim singulis aureis venditos refert.

S. Hieron. in Vigilantium hæreticum scribit.

Honorius VII. Theodosius 11.

Theodosius junior Quinquennialia dedit. Marcellinus. Chron. Alex. addit 111. Eid. Jan. Sed male Theodof. VII. Col. facit.

S. Joannes Chrysof. obiit Comanis ad Pontum Euxi- num XVIII. Kal. Decemb. Vixit annos LIII. M. VIII. Sedit annos IX. M. VI. dies XX. Socrates lib. VI. cap. XIX. Eo mortuo Innocentius & Occidentales non prius com- municare cum ipsius adversariis voluerunt, quam ejus nomen in diptycha referretur, & Arcadii aboleretur. Theodor. V. cap. XXXIV. Concilium Carthagine celebra- tum Id. Jun. in quo ad Honorium pro defensione Catho- licarum rerum adversus Donatistas, & paganos decreta legatio.

Philippus. Innocentii 7. Arcadii. Honorii.

Arcadius obiit Kal. Maii anno ætatis XXXI. imperii post obitum patris anno XIII. M. III. D. XV.

Theophanes ait mortuum XI. Kal. Septemb. Verum Socrat. Lib. VI. cap. ult. refert obiisse Kal. Maii. Im- posuit Theophani, Zosimi locus lib. VI. pag. 811. ubi de obitu Stiliconis agit. *Βασίλειος τὸν Ἰωάννην τὸν Φιλαππῆ, καὶ τὸν Ἰωάννην τὸν Ἀρκάδιον ὁ βασιλεὺς τὴν αὐτὴν ἡμέραν, τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρας καὶ τὸν Σαπριμύριον ἡμέρα.* Hæc de die, quæ ad Stiliconem atinent, tribuit Arcadio.

Moriens Theodosium F. commendavit Isdegerdi Per- farum regi: qui Antiochum eruditissimum pedagogum ad eum destinavit, cum adhuc esset octennis; ac tum Anthemius *ἑπιμαρτυρῶ* omnia gubernabat, de Troili Sophi- stæ consilio.

Stilico comes, cujus duæ filia Maria, & Thermantia singulae Honorio nupsrant: utraque tamen virgo defun- cta, Alanos, Suevos, & Vandalos donis illectos contra regnum Honorii excitavit. Eucherium filium suum pa- ganum Cæsarem facere studens. Ideo est occisus. Mar- cellinus, & Jornandes, & Miscella biennio ante captam Urbem.

Zosimus lib. V. docet Alaricum, Epiris relicto, è No- rico legatos ad Stiliconem misisse, qui pecunias posce- rent, ob moram ejus jussu actam in Epiro. Stilico Ro- mam ad Imper. advolat. re deliberata decernuntur IV. li- brarum millia, lampadio renitente.

Audita morte Arcadii, Honorius in Orientem proficisci volens à Stilicone deterretur; quod Constantinus tyrannide occupata Arelate confedisset. Olympius inte- rim Stiliconem desert ad Honorium, idque perficit, ut de ejus nece mandatum sit militibus. Ravennæ itaque, cum ad Ecclesiam confugisset, occiditur. Olympius por- rò Magister Officiorum factus est. L. XLIII. Cod. Theod. de Hæret.

Theoph. ait Pulcheriam natam tum fuisse annos XV. & Arcadiæ, ac Marinæ forotibus virginitatem persua- disse.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
12	11	1159	1154
13	111	1160	1155
14	11	1161	1156